

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas as  
cum fonte primo

Vera discrecio non nisi uera humilitate acquiritur.  
Cuius humilitatis hec erit prima probacio, si uniuersa non solum que agenda sunt,  
sed eciam que cogitantur, reseruantur seniorum examini,  
ut nichil quis suo iudicio credens illorum per omnia diffinicionibus acquiescat,  
et quid bonum uel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat.

In collacionibus patrum collacione Moysi.

Tum MOYSES: Vera, inquit, discretio non nisi uera humilitate conquiritur.  
cuius humilitatis haec erit prima probatio, si uniuersa non solum quae agenda sunt,  
sed etiam quae cogitantur, seniorum reseruentur examini,  
ut nihil suo quis iudicio credens illorum per omnia definitionibus acquiescat  
et quid bonum uel malum debeat iudicare eorum traditione cognoscat.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 2.10.1 (CSEL 13, M. Petschenig ed., p.48, ll.11-17).